



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 32. Bonagratius FF. Minorum Minister Generalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

probante Dionysio Alphonsi filio & suc- Sæcul. XIII.  
A.C. 1279.  
cessore. Tum Rex per Stephanum ve-  
terem Abbatem Alcobacensem absolutus  
a noxis, suum testamentum condidit, &  
a Pontifice Maximo, quem nuncupabat  
animæ ac corporis sui Dominum, cen-  
tumque argenti felibrarum legato dona-  
bat, ratum haberi cupit. Sic vitam po-  
suit 16 Febr. ac Dionysius ei successit.

§. XXXII.

*Bonagratius FF. Minorum Minister  
Generalis.*

**C**omitia Fratrum Minorum generalia  
hoc anno die Pentecostes 21 Maji  
**A**ffisii celebranda indixerat Cardinalis  
Hieronymus Asculanus etiamnum Mini- Vad. 1279.  
ster Ordinis. Sed in tempore iis adesse <sup>n.</sup> 7.  
non poterat, suo in reditu a Gallia, ubi  
Legatum egerat, morbo corruptus. Cum  
dein eo venisset, confirmavit Fratris Bo-  
nagrati quanquam absentis electionem  
in successorem suum. Eandem sibi gra-  
tissimam esse Papa Fratres edoceri voluit,  
ac præcipuos invitari, ut adirent ipsum,  
& quæ ad gubernandum Ordinem expe-  
dire censerent, fidenter exponerent. Ita-  
que Surianum, ubi Papa hac æstate cum  
sua curia residebat, se contulere: & unus  
illorum, qui novum Ministru m tunc co-

*-zoteb* E 5 mita-

Sæcul. XIII.  
A.C. 1279.

mitabantur, erat Philippus Perusinus eorum, quæ ibi acta sunt, scriptor.

Cum ea, quæ in comitiis facta erant, ad Papam retulissent, poscebant ab eo defensorem (ut illos regula jubebat sua) nisi Alexandri IV exemplo ipse Ordinis præsidium in se vellet fuscipere. Papa, Nihil agerem libentius, inquiebat: sed Ecclesiæ regimen universale non permittit, ut regendo Ordini vestro necessariam attentionem adhibeam. Et postquam suffragia defensorem cooptantium clam acceperat, a singulis petitum vidi nepotem suum Matthæum Rossum de Urfinis Cardinalem Diaconum tit. S. Mariæ in porticu. Probata electione ad Cardinalem conversus, Dilecte fili! ajebat: beneficia in te multa contuli: at ecce maximum tibique in cœlum promovendo aptissimum: nam omnium Fratrum Minorum preces ac bona opera participabis. Tibi propugnationem hujus Ordinis committens tribuo, quod habeo pretiosissimum, ac delicias cordis mei. Plura ne diceret, singultus obstabat & lacrymæ: nec Fratres cohibere suas poterant. Tum tenero animi motu præterito Papa annulum suo detractum dígito Cardinali in novi muneric signum tradidit, addens: Hic Ordo, cui viri perspicacissimi & sapientissimi præsunt, gubernatione tua non habet opus, sed

defen-

defensione contra suos adversarios & po- Sæcul. XIII.  
tentes & numerosos. A.C. 1279.

§. XXXIII.

Litteræ pontificiæ S. Francisci regu-  
lam explicantes.

Ab hoc die Papa operam dedit repre-  
mendis illis, qui regulam & vitam  
Fratum Minorum impugnabant, illicitam  
& periculofam dicentes talemque, qua-  
lis duci nequeat. Proinde statuit am-  
plam eorum instituti declarationem ede-  
re, atque huic componendæ duos men-  
ses impendit cum duobus Ordinis Car-  
dinalibus Hieronymo Asculano Episco-  
po Prænestino ac Bentivenga Episcopo  
Albanensi, quibus addidit novum Gene-  
ralem & aliquot Provinciales Ministros.  
Romana Curia mirabatur hoc toto tem-  
pore cuncta negotia mandari aliis, nec  
percipiebat, quodnam esset illud, quod  
Papa tam occulte tractaret. Tandem  
14 Augusti in lucem prodiit diploma :  
*Exiit, qui seminat: in quo fuse dissol-*  
vit oppositiones Fratribus Minoribus  
fieri solitas, & difficultates, quas multi  
eorum in exercenda regula sua sentiebant.  
En summa hujus constitutionis, cu-  
jus pars prior authoritatem facit plenis-  
que responsionibus, quas S. Bonaventura  
jam dederat in sua *pauperum Apologia.*

Hunc

*c. 3. de verb.*

*sign. in sexto.*

*Sup. lib. 86.*

*§. 2.*